FLORA.

64. Jahrgang.

No. 12. Regensburg, 21. April 1881.

Inhalt. W. Nylander: Addenda nova ad Lichenographiam europaeam. — Anbau-Versuche mit ausländischen Holzarten. Berichtigung. — Literatur.

Addenda nova ad Lichenographiam europaeam.

Continuatio sexta et tricesima. — Exponit W. Nylander.

1. *Lecanora albolutescens* Nyl.

Thallus albus tenuis subfarinaceus, nonnihil dispersus; apothecia aurantiaca prominula, faciei subbiatorinae, crasse marginata, margine extus thallino-albicante supraque aurantiaco; sporae placodiomorphae, longit. 0,015—18 millim., crassit. 0,007—10 millim., loculis utrinque amplis.

Supra saxa quartzosa ad Stocksfield, Northumberland in Anglia (W. Johnson).

Facile duceretur ad *L. pyraceam*, sed major, sporis majoribus. Apothecia latit. 0,5—0,7 millim.; epithecium inaequale. Forsan descendat a *L. Turneriana* Ach.

2. *Lecanora migdina* Nyl.

Thallus albidus, conferte granulato-inaequalis, sat tenuis, saepe nigro-limitatus; apothecia testaceo-pallida, nuda vel subcaesio-pruinosa (latit. 1—2 millim. vel variantia minora), margine thallino subcrenato cincta; sporae 8nae ellipsoideae, longit. 0,011—14 millim., crassit. 0,007 millim., paraphyses fere mediocres,

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr03646-0179-7

epithecium inspersum. Iodo thecae leviter coerulescentes, dein vinose fulvo-rubescentes.

Super corticem Rhododendri alpis Retyezát in Transsylvania (Lojka).

Affinis *L. chlaronae*, sed primo visu distincta thallo et margine apotheciorum crassioribus, etiam reactione hymenii iodo facile agnoscenda (thecis solis tum tinctis). Accedere etiam videatur ad *L. albellam*, sed similiter distat. Revera autem est modo var. vegetior *L. intumescentis* Reb. Spermatia arcuata, longit. 0,020—30 millim., crassit. 0,0005—6 millim.

3. *Lecanora elisa* Nyl.

Thallus albidus rimulosus tenuis rugoso-inaequalis, sorediis rotundatis depressulis exspersus; apothecia nigra vel fusco-nigra, lecideoidea, protrusa (latit. 0,4—0,9 millim.), convexula, saepe deformia, margine thallino vix nisi in juvenilibus basi conspiciendo; sporae 8nae ellipsoideae, longit. 0,009—0,011 millim., crassit. 0,004—5, paraphyses mediocres, epithecium ex apicibus incrassatis fuscescens. Iodo gelatina hymenialis coerulescens, dein vinose fulvo-rubescens.

Snper ramulos *Pini Cembrae* infra alpem Retyazát in Transsylvania (Lojka).

Solam varietatem sistat *L. exspersae* Nyl. in Flora 1875, p. 443, apotheciis nigricantibus nudis. Thallus K lutescens. Epithecium (et praesertim perithecium parum evolutum) acido nitrico nonnihil rosello-tinctum. Spermatia recta vel rectiuscula, longit. 0,014—20 millim., crassit. 0,0006 millim.

4. *Lecanora rhagadiza* Nyl.

Thallus obscure olivaceo-cinerascens continuus inaequalis (crassit. 0,4—0,9 millim.), varie rhagadiose fissus; apothecia carneo-rufescentia innata concaviuscula vel plana (latit. 0,5 millim. vel minora); thecae myriosporae, sporae oblongo-bacillares, longit. circiter 0,0035 millim., crassit. circirter 0,0010 millim., paraphyses graciles (crassit. 0,001 millim.). Iodo gelatina hymenialis vinose fulvescens (hypothecium tum vulgo coerulescens).

Supra saxa arenaria humida in Anglia, Cumberland, ad Whitehaven (W. Johnson).

Species peculiaris prope *L. rufescentem* (Borr.) disponenda, sed notis allatis bene distincta.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03646-0180-8

5. *Pertusaria spilomanthodes* Nyl.

Thallus cinerascens rugoso-inaequalis rimoso-diffractus (crassit. 1 millim. vel tenuior, K flavens et dein mox ferrugineo-croceus); apothecia nigricantia rugoso-difformia (latit. fere 1 mm. vel minora), innata in areolis thalli non prominulis, intus subincoloria; sporae 2nae olivaceo-nigrescentes (parum saepius obscuratae), longit. 0,090—0,130 millim., crassit. 0,055—85 millim. Iodo thecae praesertim coerulescentes.

Supra saxa granitica in Anglia, Cumberland, Ennerdale (W. Johnson.)

Species affinis *P. spilomanthae* Nyl., similiter insignis sporis K pulchre violacee tinctis, sed differt thallo cinereo et thecis bisporis (tamen thecae etiam 3—4-sporae aliquando occurrunt). Magis differt *P. urceolaria* Nyl. in Obs. Pyren. or. p. 70 thallo lutescenti-albido subpapilloso-scabriusculo, apotheciis urceolarii-formibus.

6. *Lecidea propinquata* Nyl.

Thallus albidus vel albido-virescens, tenuis, subgranulatus, vel subgranulato-inaequalis, hypothallo albo; apothecia fusca convexa immarginata (latit 0,4—0,7 millim.), intus sordide colorata, sporae 8nae oblongae simplices, longit. 0,010—14 millim., crassit. 0,0035—45 millim., paraphyses non discretae, epithecium leviter fuscescens, hypothecium incolor. Iodo gelatina hymenialis vinose fulvescens.

Supra corticem abietum in Tyrolia meridionali ad Predazzo (Arnold).

Datur in Arn. L. exs. no. 281, nominata: *B. mendax* Anzi, sed Lichen hujus nominis in Anzi L. rar. Lang. no. 168 est omnino alius apotheciis submarginatis, sporis uni-septatis etc. atque vix differens a *L. tricolore* With. At *L. propinquata* vere maxime affinis videtur *L. sylvanae* Krb. (etiam spermatiis, ni fallor, conveniens), apotheciis autem et sporis nonnihil majoribus, thallo magis albicante; forsan species distincta.

7. *Lecidea exsequens* Nyl.

Thallus macula albida indicatus; apothecia rufescentia convexula immarginata (latit. 0,4—0,5 millim.), intus pallida; sporae 8nae ellipsoideo-oblongae simplices, longit. 0,007—0,011 millim., crassit. circiter 0,0035 millim., paraphyses graciles, epithecium

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03646-0181-4

lutescenti-inspersum, hypothecium incolor. Iodo gelatina hymenialis coerulescens, dein vinose fulvo-rubescens.

Supra lignum putrescens in Banatu (Lojka).

Affinis et similis *L. insequenti* Nyl. in Flora 1868, p. 474, textura, sporis et spermogoniis conveniens, at apothecia rufescentia, epithecio in lamina tenui viso insperso, nec paraphysibus clavatis (in *L. insequente* iis clava nuda.)

8. *Lecidea lacteola* Nyl.

Thallus albidus tenuis, minute subsquamulose adpresso-areolatus, passim subdispersus, hypothallo ullo vix visibili; apothecia nigra adnata plana (latit. 0,2—0,3 millim.), tenuiter marginata, intus cinerascentia; sporae 8nae ellipsoideae simplices longit. 0,010—12 millim., crassit. 0,006—7 millim., paraphyses discretae fere mediocres, epithecium et perithecium coerulescenti-obscurata, hypothecium leviter rufescens. Iodo gelatina hymenialis coerulescens, dein vinose fulvescens (thecae praesertim tinctae).

Supra saxa arenaria prope Heidelberg (von Zwackh).

Species sine ullo dubio bona, affinis *L. lacticolori* Arn. L. exs. 715, quae major, spermatiis longioribus etc. *L. latypiza* Nyl. jam differt spermatiis arcuatis. Thallus K leviter flavescens. Spermatia parum arcuata, longit. 0,010—12 millim., crassit. 0,0005 millim.

9. *Lecidea candidula* Nyl.

Thallus albus subfarinaceus tenuis continuus, obsolete rimulosus, determinatus; apothecia nigra caesio-suffusa innata planula submarginata minuta (latit. circiter 0,2 millim.), intus obscura; sporae 8nae fusco-nigrescentes ellipsoideae 1-septatae, longit. 0,008—0,011 millim., crassit. 0,005—6 millim., paraphyses submediocres, epithecium fusco-obscuratum, hypothecium dilute fusceseens (vel rufo-fuscescens), infra subincolor. Iodo gelatina hymenialis coerulescens, dein subsordide fulvescens.

Supra saxa calcareo-schistosa montis Cazaril prope Luchon in Pyrenaeis centralibus (legi jam 1853).

Species concinna accedens proxime ad *L. maritimam* (Bagl.), sed thallus K non tinctus et hypothecium dilutius. Ambabus paraphysum clavae aliquid coerulescentis inest, quare epithecium obscuratum acido nitrico purpurascit. Thallus I —. In *L. maritima* italica thallus ambitu passim obsolete subcrenulatus,

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03646-0182-9

epithecium coerulescenti-obscuratum, sporae longit. 0,008—0,012 millim., crassit. 0,005—7 millim.

10. Lecidea indissimilis Nyl.

Thallus albidus tenuis rimoso-diffractus, ambitu nigro-limitatus; apothecia nigra plana adnata (latit. 0,5 millim. vel minora), marginata (juniora lecanoroidea), intus obscura; sporae 8nae fuscae ellipsoideae 1-septatae, longit. 0,010—12 millim., crassit. 0,005—6 millim., hypothecium nonnihil rufescenti-infuscatum. Iodo gelatina hymenialis intensive coerulescens (dein obscurata, thecis fulvo-violascentibus).

In Lusitania, prope Porto, supra saxa quartzosa (Newton).

Species arcte affinis *L. atroalbellae*, etiam thallo K e flavo rubente, sed medulla I non tincta. Hypothallus niger passim visibilis.

11. Lecidea sublesta Nyl.

Thallus plumbeo-obscuratus tenuis areolatus, areolis planis, subdispersus in hypothallo nigro; apothecia nigra, demum convexula immarginata (latit. 0,3—0,4 millim.), intus obscura; sporae 8nae nigrescentes oblongae 1-septatae, longit. 0,014—20 millim., crassit. 0,005—8 millim., epithecium et hypothecium nigricantia. Iodo gelatina hymenialis intensive coerulescens.

Supra saxa quartzosa prope Cauterets in Pyrenaeis (Lamy).

Species peculiaris in stirpe *L. atroalbae*, sporis parvis oblongis jam bene distincta. Thallus non K nec I tinctus. Paraphyses non regulares. Epithecium K nonnihil purpurascenti-reagens.

12. Verrucaria fraudulosa Nyl.

Thallus obscure olivaceo-virescens vel olivaceo-cinerascens, varie areolato-diffractus, areolis planiusculis inaequalibus, subdeterminatus vel varians indeterminatus (crassit. 0,5 millim. vel tenuior); apothecia pyrenio integre vel subintegre nigro, supra denudato convexe prominulo; sporae 8nae oblongae simplices, longit. 0,012—18 millim., crassit. 0,005—6 millim.

Supra saxa granitica ad Heidelberg (von Zwackh).

Indicatur in Zw. Enum. nominata „*V. lecideoides* Mass.“, sed ab hac differt thallo magis inaequali et sporis tenuioribus etc.: magis affinis vigetur *V. virenti* Nyl., sed areolae laeviusculae,

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03646-0183-5

sporae tenuiores, etc. Gonidia majuscula. Hypothallo non nigro mox distat a *V. fuscella*.

13. Verrucaria praemiscens Nyl.

Thallus cinerascens tenuissimus continuus subopacus; apothecia nigra convexa subminuta (latit. circiter 0,25 millim.), pyrenio dimidiatim nigro; sporae 8nae incolores fusiformes 5—7-septatae, longit. 0,021—26 millim., crassit. 0,005—6 millim.

Supra saxa calcarea ad Thermas Herculis in Banatu (Lojka).

Species accedens versus *V. chloroticam*, sporarum septis numerosioribus jam distincta. Gonidia vix chroolepoidea, potius subglomerulata.

14. Verrucaria interspersella Nyl.

Thallus nullus; apothecia minutula nigra convexa (latit. 0,1—0,2 millim.), pyrenio integre nigro, tenui; sporae 8nae incolores oblongae 3-septatae in thecis oblongis, paraphyses parcissimae graciles.

Supra saxa arenaria ad Heidelberg (von Zwackh), socia *Thelocarpi intercepti*.

Facie *Verrucariae acrotellae* cujusdam, quasi *Thelocarpon* nigrum. E stirpe videtur *V. epidermidis*, vel facile fungillus.

15. Verrucaria ambulatrix Nyl.

Thallus nigrescens tenuissimus subgranulato-inaequalis, parcus vel sparsus, aut evanescens; apothecia nigra prominula minuta (latit. circiter 0,2 millim.), pyrenio integre nigro, supra (ostiolo) depressulo; sporae 8nae fuscae oblongae 3-septatae, longit. 0,011—12 millim., crassit. circiter 0,0045 millim., anaphyses brevissculae, paraphyses nullae. Iodo gelatina hymenialis dilutiuscule vinose rubescens.

Supra saxa arenaria aprica ad vias sylvae Fontisbellaqueae haud procul a via ferrea frequenter, sed sat sparsa (et socia *Lecideae nigroclavatae* saxicolae).

Species modesta, concinnula, comparabilis cum *Endococco triphracto* Nyl. et accedentibus, sed differt abunde thallo, apotheciis prominulis majoribus, pyrenio alio. Gonidia subglomerata, diametro transversali singulorum 0,007—9 millim.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03646-0184-1

Observationes.

Psorotichia gelatinosa Anzi Neosymb. n. 1 nihil rite evolutum sistit. Minime est *Collemopsis*, nam thallus gonidicus. Apothecia abortiva.

Collemopsis pictava Nyl. affinis est *P. frustulosae* Anzi Langob. no. 388. Etiam supra peribolum Fontebellaqueo (quoque plumbicola). Sporae longit. 0,009—0,011 millim., crassit. 0,007—9 millim.

Pyrenopsis sanguinea Anzi Neosymb. n. 2 vix ullo modo differt a *P. fuscatula* Nyl. Sporae longit. 0,008—0,011 millim., crassit. 0,004—5 millim. Iodo gelatina hymenialis coerulescens, dein fulvescens.

Lecanora fruticulosa Eversm. in Act. Acad. Leop. Carol. XV, 2, p. 352, optime fertilis mihi oblata e Sarepta in Rossia. Est propria species. Apothecia glauco-pruinosa terminalia plana (latit. fere 3 millim.), margine thallino crasso inaequali cincta. Sporae ellipsoideae, longit. 0,023—25 millim., crassit. circiter 0,018 millim. Spermatia acicularia recta, longit. 0,014—21 millim., crassit. 0,0005—6 millim. Haec species etiam in Algeria ad Constantine detecta fuit a cl. Reboud, sed sterilis. — Commentarium *Lichen esculentus* a v. Krempelhuber editum (1867) vix aliquid essentiale continet, quod non jam legitur in Nyl. Prodr. Gall. Alger. p. 83 et 84.

Lecanora cinerea var. *aquatica* Fr. est forma *Lecanorae subdepressae* Nyl.; sed *aquatica* Arn. L. exs. 668 pertinet ad *L. laevatam* (Ach.) spermatiis longis arcuatis facillime absoluteque distinctam et forsan ejusdem varietatem vel subspeciem sistit *candida* Anzi Catal. Sondr. p. 59 (spermatiis conveniens). Contra Arn. L. exs. 342 et 669 („*verruculosa*“ Kphb.) pertinent ad *L. subdepressam*.

Lecanora variolascens („*L. subfusca* var. *variolosa* Flot. ex Zw. hb.). Thallus albidus tenuissimus subgranulato-inaequalis, tenuiter pulveraceo-sorediosus, sorediis facile confluentibus subleprosus, K flavens; apothecia pallido-testacea (latit. fere 1 millim. vel minora), margine thallino subinvoluto et passim subcrenato, nonnihil difformia; sporae 8nae ellipsoideae simplices, longit. 0,009—0,011 millim., crassit. 0,005—7 millim., paraphyses gracilescentes apice non incrassatae, epithecium sublutescenti-inspersum. Iodo gelatina hymenialis vinose fulvescens (praece-

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr03646-0185-7

dente coerulescentia), thecae praesertim tinctae. — Super corticem Carpini et Sorbi ad Heidelbergiam rara (v. Zwackh). — Affinis *L. intumescenti* et fortasse ejus varietas. Spermogonia non visa.

Ad *Lecanoram metaboloidem* Nyl. pertinet *Biatora sarcopsoides* Mass., Anzi Lich. rar. Venet. 61. Illud nomen *(metaboloides)* utut vastius et alium sensum habens praevaleat. Variat apotheciis dilutis pallidis convexis (f. *alabastriza*) supra lignum quercinum prope Heidelberg (v. Zwackh).

Lecanora sarcopis Whlnb. gelatinam hymenialem habet Iodo e coerulescente vinose fulvescentem, thecis praesertim tinctis et saepe coerulescentiam in apice persistentem offerentibus; inde *homopis* Nyl. in Flora 1872, p. 251, cum illa confluens et delenda. — *L. lygopis* Nyl. in Flora 1874, p. 309, arcte accedit ad *L. sarcopidem* forsanque sit subspecies; paraphyses crassiusculae articulatae clava fusca. Nomen *scotopis* Nyl. designat subspeciem *L. lygopidis* thallo evanescente super ligna in Finlandia obvia (analoga var. *ravidae* Ach. *sarcopidis*); apothecia carneofusca margine thallino tenui cincta.

Biatora amaurospoda Anzi Symb. n. 43 (1864) est *L. pullata* Norm. (1870). Spermatia acicularia recta vel rectiuscula, sat longa. Affinis est *B. rufofuscae* Anzi.

Ad *Lecideam lignariam* (Krb.) Arn. pertinet *L. plusiospora* Fr. fil.

Biatora Laureri Flot. in hb. Zw. (Flot. Lich. Flor. Siles. p. 50, sub *Zeora*). Thallus pallidus subrugosus inaequalis rimoso-diffractus (crassit. 0,5 millim. vel tenuior); apothecia testaceo-rufa vel carneo-rufa convexula (latit. circiter 0,5 millim.), intus basi fusca; sporae 8nae incolores oblongae simplices, longit. 0,012—16 millim., crassit. circiter 0,006 millim., paraphyses mediocres apice vix incrassatae, epithecium subincolor vel dilute subrufescens (non vel vix inspersum), hypothecium rufescens. Iodo thecae coerulescentes. Supra saxa granitica in Riesengebirge (Flotow). — Species peculiaris subaffinis *Lecideae Henricae* Larb., sed jam thallo alio. Thallus nec K, nec CaCl reagens; nec epithecium, nec hypothecium K reagentia. Spermatia arcuata, longit. 0,020—24 millim., crassit. 0,0006 millim.

Lecidea disjecta Nyl. Thallus albido-cinereus granulato-areolatus, areolis dispersis subpulvinatis (latit. 1 millim. vel saepius minoribus), passim minoribus et aggregatis; apothecia badiofusca plana marginata (latit. 0,5—0,9 millim.), rarius convexiu-

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr03646-0186-2

scula, intus albida, inter areolas thallinas saepius sparsa; sporae 8nae ellipsoideae simplices, longit. 0,010—14 millim., crassit. 0,005—7 millim., epithecium fuscescens, paraphyses non bene discretae. Iodo gelatina hymenialis coerulescens, deinde vinose fulvescens (sic praesertim thecae). — Supra saxa porphyrea sylvae prope Paneveggio in Tyrolia meridionali (Arnold). — Haecce in Arn. Ausfl. XXI, p. 10, memoratur sicut *Lecanora* affinis *cenisiae* Ach., at nullo modo eidem est comparabilis. Revera tangit *L. leucophaeam*, sin sit ejus var.[1]), acceditque ad var. *conglobatam* Flot., a qua differt praesertim thallo magis disperso. Thallus K non tingitur. Spermatia arcuata, longit. 0,016—21 millim., crassit. 0,0005 millim.

Lecidea gibberosa Ach., ex ipso specimine Schraderi, vix est nisi forma facile aggregato-deformis *Lecideae Cadubriae* Mass. Apotheciis fuscis epithecium acido nitrico rosello-tinctum. Iodo gelatina hymenialis coerulescens, dein vinose fulvescens. Gonidia passim in hypothecio versus perithecium. Epithecium saepe et perithecium subgranuloso-inspersa. Lignicolam etiam ad Helsingfors inveni. — *L. subinsequens* Nyl. quoque formam sistit *Lecideae Cadubriae*.

L. tenella Kullh. distinguenda est a *L. egenula* Nyl. in Flora 1865, p. 147, apud quam apothecia saepius majora (latit. 0,2—0,5 millim.), perithecio subcoerulescenti-nigrescente et epithecio (interrupte obscurato) acido nitrico pulchre violascentibus.

Ad *Lecideam Gagei* (Sm.) Hook. pertinet *B. Michelettiana* Mass., Anzi Lich. rar. Venet. 65. — *L. coracina* Mass. et *L. chalybeia* Borr.

---

[1]) Typis Lichenum rite consideratis concedatur haud exigua variabilitas secundum dissimilitudines stationum, quas occupant, quoad situm vel accessum lucis aut aquae vel humiditatis varios, vel quoad naturam substrati plus minusve hygroscopicam aut siccificam; accedit enim temperaturae diversitas. Fieri possit, propensionem certis substratis apud haud paucos Lichenes observandam maximo momento pendere a temperatura ambeunte aut quae substrato contingit. Facile quoque ex. gr. lapides nimis friabiles et calore solis perlibenter torrescentes (ut pumicem) Lichenum proles repellere videmus; verisimiliter incubationi sporarum parum conveniunt aut filamenta prothallina tenerrima ibi aegre prosperare possunt, aut aliae species tolerant quod aliae perferre non valent. Forsan quidem etiam facultas calorem absorbendi praestantior substrati calcarei causa sit praecipua cur hoc potissime Lichenes calcicolas proferat retineatque. Sic res plurimae agunt, quas subire haec vegetabilia coacta sunt et facillime conditionibus indigitatis varie transformari possunt praesertim species Lichenum crustaceorum maxime in potestate substrati sitorum.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03646-0187-8

Lecidea inturgescens nomen attribuere venia sit *L. fumosae* var. *turgidulae* Anzi no. 280, quae sistat speciem distinctam (jam thalli badii squamulis et apotheciis convexis, facie fere *L. tubucinae*). Accedit proxime ad *L. segregulam*.

Lecidea polygonia (Flot.) dicenda est quae datur nomine *L. fumosa* var. *polygonia* in Flot. Lich. siles. no. 139. Est quasi *L. athroocarpa* Ach. sporis nonnihil minoribus praesertim differens. Eo pertinet (ad *L. polygoniam*) Arn. L. exs. 557. Sporae longit. 0,013—16 millim., crassit. 0,007—9 millim. Spermatia bacillaria recta, longit. 0,006—8 millim., crassit. 0,0007 millim. — *L. Helsingforsiensis* definita in Flora 1881, p. 4, jam differt apotheciis non innatis, paraphysibus crassioribus, etc.

Lecidea segregula f. *fuscior* thallo glauco-fuscescente magis contiguo-areolato, ad Heidelberg supra saxa arenaria (v. Zwackh). Sporae saepius oblongae, longit. 0,011—15 millim., crassit circiter 0,0045 millim.

„*Lecidea intumescens* Flot." in Lam. Catal. p. 127[1]) allata, non est species ejus nominis Flotowii, sed est *L. fuscocinerea* Nyl. In Fr. fil. Lich. Scand. p. 528 de thallo dicitur: „reagentiis solitis insolitum colorem non obtinet", quod omnino est male observatum et longissime a vero abest, nam medulla K optime fluvescit.

Lecidea griseo-atra (Flot.) Schaer. Enum. p. 101. Thallus plumbeo-cinerascens subverrucoso-concretus diffractus (crassit. circiter 0,5 millim.), planiusculus, varians tenuior; apothecia nigra plana (latit. 1 millim. vel minora), marginata (margine subflexuoso, interdum subcrenulato), intus medio albida; sporae 8nae oblongo-ellipsoideae, longit. 0,011—15 millim., crassit. 0,005—6 millim., paraphyses mediocres discretae, epithecium glaucescenti-obscuratum, hypothecium purpurascenti-fuscescens, perithecium extus subnigrescens. Iodo gelatina hymenialis coerulescens, coerulescentia subpersistente. — Supra saxa granitica in Sudetis (Flotow, Lich. siles. 210 A). — Facie est fere *L. inserenae*, mox vero distincta hypothecio alio etc. Hypothecium subpurpurascenti-fuscescens K magis purpurascens. Spermatia arcuata, longit. 0,024—34 millim., crassit. 0,0005 millim. Nullae reactiones thalli nec K, nec CaCl, nec I. Epithecium Acido nitrico leviter rosello-tinctum. Species est bene distincta in stirpe *L. parasemae*.

[1]) In quo volumine definitiones meae frequenter transcriptae haud parum deformatae inveniuntur.

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr03646-0188-4

Lecidea plumbea Garov., Anzi Langob. n. 154. Thallus plumbeo-cinerascens areolato-diffractus (crassit. 0,3—0,5 millim.), subnitidiusculus, determinatus; apothecia nigra innata plana marginata, intus incoloria; sporae 8nae oblongo-ellipsoideae, longit. 0,009—0,011 millim., crassit. 0,004, paraphyses mediocres (crassit. circiter 0,002 millim.), articulatae, epithecium nigrescens, hypothecium tenue incolor. Iodo gelatina hymenialis coerulescens, dein thecae violacee tinctae. — Supra saxa schistosa in montibus Italiae borealis. — Affinis *L. inserenae*, sed variis notis distincta. — Epithecium Acido nitrico rosello-tinctum. Spermatia arcuata, longit. 0,018—24 millim., crassit. 0,0005 millim.

Superfluum fere sit hic notare, *Lecideam enteroleucam* tutissime concipiendam esse sensu, quam illi nomini dedi. Etiamsi Acharius *Melaspileam arthonioidem* subjunxerit (et quomodo apud veteres auctores determinationes omnino accuratae inveniri possunt?) hocce parvi est momenti, nam *L. enteroleuca* super „cortices et ligna semiputrida“ ab ipso indicatur, quod minime convenit Melaspileae illi, nisi pro parte. Ceteroquin determinationes Acharii et omnis traditio posterior congruunt cum conceptione nostra. Ita jam apud Flotow (Lich. siles. 104 „*L. enteroleuca* Ach. lignicola“, super lignum putrescens lecta, et 105, 106 saxicola) eam distributam videmus et similiter nominatam in herbariis virorum (ut Dufour, Mougeot), qui specimina sua ab Achario determinata obtinuerunt. *L. leptoderma* Dub. et *L. glabra* Kphb. pertinent ad *L. enteroleucam*. Sed animadvertendum est, ipsam *L. enteroleucam* vix sistere nisi subspeciem *L. euphoreae* Flk. D. L. 4 et Flot. L. siles. 125, teste similitudinis analyticae chemicaeque inter ambas; quoque *leucoplacoides* Nyl. var. est *L. euphoreae*.

Parum quoque differt comparanda *Lecidea parasema* Ach.[1]), Nyl. (*achrista* Smrf. Exs. 46, 47) et saxicola eadem *latypea* (Ach.) a var. sua *elaeochroma* Ach.; haec *parasema* sic concepta omnibus suis formis facillime notis chemicis jamque thalli K (CaCl) aurantiaca reactione distinguenda. *L. dolosa* Ach., Whlnb., quoque

[1]) *L. parasema* Ach. L. U. pro maxima parte et formis suis primariis, ut varr. *elaeochroma* et *rugulosa*. Sed aeque atque in Nyl. Prodr. L. Scand. p. 216 nondum separari possunt quae chemice differunt, sic in hb. Acharii sub var. *rugulosa* occurunt et *L. parasema* et *L. euphorea*. *Patellaria glomerulosa* DC, ex speciminibus Dufourii (lichenistae Candollei, qui ipse Lichenes parum novit), potissime ad *L. parasemam* est ducenda (male eam retuli ad *euphoream*).

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03646-0189-2

subspecies est *L. parasemae*; sed *L. alba* Schl. (forsitan *pulveracea* Flk., non autem Flot. Lich. siles. 102 A) diversa thallo tenuius pulveraceo, apotheciis hypothecio incolore etc., tamen affinis et reactione thallina congruens.

Lecidea goniophila Flk. nomen prius est *L. pungentis* Krb.

Lecidea sylvicola Flot. L. siles. 171 (1829) prius est quam *L. latens* Tayl. (1836). Cfr. Nyl. in Flora 1879 p. 361.

Lecidea petraea var. *soreumatica* Flot. L. siles. 179 est *Lecanora Bockii* Rod. thallo macro, sterili, soredioso. Thallus *Lecanorae atrocinereae* (Dicks.) etiam ob reactionem CaCl subsimilem est comparabilis.

Quum, sicut elucet saltem e Flot. L. siles. 173 A, nomine *L. petraea* var. fuscoatra f. *grandi* Flk. intelligitur etiam *L. Montagnei*, nec solum ea, cui retinui nomen *petraea* (sensu quidem Flotowiano), forsan proponere fas sit speciei, quam „*grandem*" dicit cl. Arnold, nomen: *Lecidea parapetraea*.

Lecidea allothallina (*L. athallina* Mülleri microgonidiologi). Apothecia nigra plana (latit. 0,3—0,5 millim.), marginatula, intus obscura; sporae 8nae nigrescentes minutae, longit. 0,008—0,011 millim., crassit. 0,003—4 millim., paraphyses discretae molles apice incrassato electrino-rufo, hypothecium fuscescens. Iodo gelatina hymenialis bene coerulescens, dein thecae fulvo-violascentes (apice coerulescentia obscurata). — Parasita *Baeomycetis rufi* ad Heidelberg (v. Zwackh). — K epithecium chrysophanice reagens. Nomen „*athallina*" ante alibi datum.

Stigmatidium circumscriptum f. *dendrizum*, apotheciis punctiformibus dendroidee subcontiguis et seriatis, super saxa quartzosa in insula Caesarea (Larbalestier). Sporae fuscae 5—7-septatae, longit. 0,018—23 millim., crassit. 0,006—7 millim. Iodo gelatina hymenialis vinose fulvescens (thecae rosello-tinctae).

Melaspilea mycetoides (*Buellia mycetoides* Anzi Anal. n. 48). Affinis est *M. furtivae* Nyl., sed facile distincta epithecio fusconigrescente (ex apicibus paraphysum obscure fuscis). Iodo gelatina hymenialis non tincta (e Iodo lutescens), solum protoplasma thecarum vinose fulvo-rubescens. Sporae 1-septatae, longit. 0,015—21 millim., crassit. 0,007—9 millim. — Supra corticem *Pini piceae* in regione Bormiensi (Anzi).

Odontotrema firmatum Nyl. Subsimile *Odontotremati subintegro* Nyl. in Flora 1867, p. 372, sed validius, apotheciis atris (latit. circiter 0,5 millim.), prominulis, sporis nonnihil majoribus (fusiformibus 3-septatis, longit. 0,020—24 millim., crassit. 0,006—7

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr03646-0190-7

millim). — Supra lignum pini vetustum in Scotia, Ben Lawers (Crombie).

Verrucaria fuscella Turn. etiam thallo tenuiore et nigricante obvenit, ex. gr. ad Parisios, tumque etiam facile distinguitur a *V. glaucina* Ach. sporis minoribus (longit. 0,010—16 millim., crassit. 0,005—6 millim.); datur in Arn. L. exs. no. 388. Dicatur var. *nigricans*. Confluat haec cum *V. polysticta* Borr.

Verrucaria delita Nyl. in Flora 1876, p. 310, f. *subcontinua*, thallo albido tenui ruguloso continuo, obsolete passim rimuloso, sporis longit. 0,028—38 millim., crassit. 0,011—15 millim. — Supra saxa granitica inundata infra alpem Retyezát in Transsylvania (Lojka). Est quasi *V. muralis* sporis longioribus.

Ad *Verrucariam incavatam* Nyl. in Mudd Br. Lich. p. 295 (non Nyl. Prodr. L. Scand.) pertinet *Sagedia Lariana* Anzi Anal. p. 21 (n. 57).

Verrucaria Hegetschweileri Krb. in hb. Hegetschw. Thallus cinerascens tenuissimus vel evanescens; apothecia pyrenio dimidiato-nigro (latit. 0,1—0,2 millim.), convexo; sporae 8nae ellipsoideae, longit. 0,014—16 millim., crassit. 0,007 millim. — Supra fagorum radices prope Zug in Helvetia (Hegetschweiler). — E stirpe *V. muralis*.

Verrucaria betularia Nyl. vix differat nisi sporis nonnihil minoribus a *V. fallaciosa* Stzb.

Endococcus erraticus * *microphorus* Nyl. sporis minoribus (longit. 0,004—7 millim., crassit. 0,002—3 millim.). — Supra varios Lichenes crustaceos in fere tota Europa. Datur in Anzi L. m. rar. no. 144.

Parisiis die 20 Martii.

Anbau-Versuche mit ausländischen Holzarten.

Berichtigung.

Das am 11. März 1881 erschienene Heft Nro. 8 der „Flora“ enthielt auf Seite 119 flg. einen von dem Herrn Professor Dr. Hartig in dem botanischen Verein zu München erstatteten Bericht über die zufolge Beschlusses des Vereins Deutscher forstlicher Versuchsanstalten im Deutschen Reiche anzustellenden Anbau-Versuche mit ausländischen Holzarten, welcher die von der Geschäftsleitung des Vereins (der Preussischen Versuchs-

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr03646-0191-3

millim). — Supra lignum pini vetustum in Scotia, Ben Lawers (Crombie).

Verrucaria fuscella Turn. etiam thallo tenuiore et nigricante obvenit, ex. gr. ad Parisios, tumque etiam facile distinguitur a *V. glaucina* Ach. sporis minoribus (longit. 0,010—16 millim., crassit. 0,005—6 millim.); datur in Arn. L. exs. no. 388. Dicatur var. *nigricans*. Confluat haec cum *V. polysticta* Borr.

Verrucaria delita Nyl. in Flora 1876, p. 310, f. *subcontinua*, thallo albido tenui ruguloso continuo, obsolete passim rimuloso, sporis longit. 0,028—38 millim., crassit. 0,011—15 millim. — Supra saxa granitica inundata infra alpem Retyezát in Transsylvania (Lojka). Est quasi *V. muralis* sporis longioribus.

Ad *Verrucariam incavatam* Nyl. in Mudd Br. Lich. p. 295 (non Nyl. Prodr. L. Scand.) pertinet *Sagedia Lariana* Anzi Anal. p. 21 (n. 57).

Verrucaria Hegetschweileri Krb. in hb. Hegetschw. Thallus cinerascens tenuissimus vel evanescens; apothecia pyrenio dimidiato-nigro (latit. 0,1—0,2 millim.), convexo; sporae 8nae ellipsoideae, longit. 0,014—16 millim., crassit. 0,007 millim. — Supra fagorum radices prope Zug in Helvetia (Hegetschweiler). — E stirpe *V. muralis*.

Verrucaria betularia Nyl. vix differat nisi sporis nonnihil minoribus a *V. fallaciosa* Stzb.

Endococcus erraticus * *microphorus* Nyl. sporis minoribus (longit. 0,004—7 millim., crassit. 0,002—3 millim.). — Supra varios Lichenes crustaceos in fere tota Europa. Datur in Anzi L. m. rar. no. 144.

Parisiis die 20 Martii.

Anbau-Versuche mit ausländischen Holzarten.

Berichtigung.

Das am 11. März 1881 erschienene Heft Nro. 8 der „Flora“ enthielt auf Seite 119 flg. einen von dem Herrn Professor Dr. Hartig in dem botanischen Verein zu München erstatteten Bericht über die zufolge Beschlusses des Vereins Deutscher forstlicher Versuchsanstalten im Deutschen Reiche anzustellenden Anbau-Versuche mit ausländischen Holzarten, welcher die von der Geschäftsleitung des Vereins (der Preussischen Versuchs-

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr03646-0191-3

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: Flora oder Allgemeine Botanische Zeitung

Jahr/Year: 1881

Band/Volume: 64

Autor(en)/Author(s): Nylander William

Artikel/Article: Addenda nova ad Lichenographiam europaeam 177-189